



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

De Congregationum Virginis Deiparæ utilitate ac fructu multiplici. Cap. 40

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

orum. catorum in additione ad part. 5. eiusdem libri, & refertur in Specul. Exempl. dist. 7. num. 56. legitur fuisse quidam Religiosus mortificationi deditus feruens Concionator, Virginis deuotus, qui in omni Concione de ea, eiusque laudibus aliquid miscebat, & in fine aliquod de ea miraculum narrabat ad faciendum (vt ipse dicebat) bonum os. Is in suprema sua ætate per aliquantulum temporis magna tristitia, vt creditur, ex recordatione suorum peccatorum, quam alta suspiria, & gemitus indicabant, correptus est, sed proximus morti à sanctissima Virgine uisitatus, & incredibili lætitiæ voluptate perfusus magno animi iubilo Virginis laudes concinebat, nec ita multo post sancte migravit ad Christum.

Alij ad pietatem ad-ducendi, præsertim in festis Virginis. Et certe quibus, qui erga Virgine est deuotus, præsertim qui Congregationi, seu Sodalitati Virginis nomen dedere; quibus cordi esse debet, non tantum salus propria, sed etiam aliorum iuxta suam uocationem, in festis B. Vir-

nis in conspectu eius uacuis apparere minime deberet, sed prædicta obsequia diligentius instaurare & augere, & aliquem ad sacramenta penitentiae, & sanctissimæ Eucharistiæ, & si poterit etiam ad Congregationem suo consilio, & opere adducere studeat: quod ut facilius ei succedat, Virgini id prius commendat, & ante aliquot dies huic operi sedulo, ac diligenter intendat imò deberet uniuersam familiam, parentes, fratres, sorores, filios, famulos, & famulas ad pietatem erga Virgine, ad recitationem Rosarii, ad sabbati ieiunium, ad sacramenta crebro usurpanda adducere. similiter & cognatos, amicos & uicinos, hoc enim & maximi apud Deum meriti. & Virgini gratissimum, & à quolibet, modo animum ad hoc applicet, & à Virgine opem imploret, facile præstari poterit.

Reliquum est, ut de Congregationum B. Virginis spirituali utilitate, ac fructu, qui ad sodales dimanat, nonnulla dicamus.

DE CONGREGATIONVM VIR- ginis Deiparæ utilitate, ac fructu multiplici.

C A P V T XXXX.

S Y M M A R I V M

Origo Congregationum Deiparæ, quæ est in nostris domicilijs habetur num. 8.

Congregationum in uniuersum antiquissima olim institutio num. 20.

Congregationum, quæ Neapoli in Societatis domicilijs, habentur numerus, earumq; fructus n. 13.

Epilogus totius operis num. 20.

B. Virgini est gratissimum in Congregationem suam ingredi.



INTER ea, quæ Virgini grata in primis sunt, & hominibus, qui in sæculo vitam degunt, apprimè salutaria, illud est, ut in aliquod ex Sodalitjs, seu Congregationibus B. Virginis se cooptari eurent, propter multa, quæ in illis exercentur pietatis munia, de quorum utilitate in præsentia mihi agendum existimaui. Quæ quidem sodalitia piorum hominum in eundem locum stans diebus, horisque ad munera pietatis recolenda conuenientium, in multis iam Christiani orbis partibus constituta, & Virginis pa-

Congregationes B. Virginis ad quod instituta.

tricio consecrata sunt; unde & nomen Parthenium inuenere. Sunt autem quasi quædam religionis, pietatisque gymnasia, in quibus exercitatio virtutis cum ipsa vitæ educatione coniungitur, ut adolescentium quidem animos optima institutio ac pietas occupet prius, quam luxuria, & in temperantia inuadat. Alijs uero ætate maturiores si per deflexa uitiorum olim ab errant, ad rectam uirtutis callem reuocati, pietatis inuentiam, & in eadem progressus in dies faciant uberior. Siquidem in huiusmodi Congregationibus omnis vitæ ratio ad eam normam conformatur, quæ optimam Christianæ religionis obseruationem tuetur, ac dirigit. Neque uero in ea tantum opera datur, ut quod est diuina lege præceptum, id integrè inuolateque seruetur: sed in eo etiam elaboratur, ut omnes quotidie magis in pietatis studio excellant, ex quo fit, ut plerique ad eam Christianæ vitæ præstantiam perueniant, à qua multi, qui huiusmodi sodalitatibus ascripti non sunt, quæ longissime absunt. Hatum Congregationum multiplex fructus in

Bbb
soda-

Congregationum multiplex fructus in sodales derivatur, quorum aliquot hic recensere oportet, ut omnes ad tam pium institutum complectendum instruantur.

Sodales sub B. Virgini sunt.

Bernard.

2 Ac primum quidem sodales sub peculiari Virginis præsidio, ac patrocinio degunt, quasi sub eius pallio, cuius colendæ, ac venerandæ præcipuo studio sunt addicti. suaque bona opera vniuersa per illam Deo offerunt. quod faciendum monebat S. Bernardus sermone de Aqueductu. de quo diximus cap. 36.

Psalm 62.

Ex hac Virginis tutela qualis quantaque existat utilitas ex ijs, quæ toto hoc opere diximus, colligi facile potest: ut Sodales quadam analogia de Virginis præsidio merito usurpare possint, quod Regius Propheta de diuina protectione dicebat: *Et in velamento alarum tuarum exultabo.* Quo enim in periculo versari potest eorum salus quibus ad omnem opem assidue præsto est tutelaris illa maiestas, & materna beatæ Virginis custodia? Quæ si vniuersum genus Christianorum, amplissimamque totius Ecclesiæ Republicam clementissimo patrocinio tuetur, ac protegit. qua tandem benevolentia complectetur eos, quos in secretiore familia, & in aulico, ut ita dicam, famulatu apud se habet in sodalitatibus suis?

In Congregatione exercitatio mortificationis, & misericordiarum.

Secundò, cum obsequiorum omnium, quæ ad Deiparæ venerationem cap. 36. pertinet diximus, tria sunt genera, assiduitas videlicet precum, cuiusdemque Virginis inuocatio; tum corporis afflictatio, seu mortificatio denique Christianæ misericordiæ erga proximos officia, siue ea sint, quæ spiritualia, siue quæ corporalia vocantur. Sane eorum omnium obseruatio, vel in primis vigere solet in Congregationibus, ut satis patet ijs, qui eas perspectas habent, & ex ijs, quæ dicemus clarius apparebit: quare mirum non est si præ sodalitatibus exercitationes Virgini ira sint cordi.

Ambros. Congregatio non solum bonum honestum, sed etiam incundum & velle continet. S. Thom. Hor. de ar. et poetica.

3 Tertio bonum ex Ambrosio lib. 1 officiorum cap. 9. & ex D. Thoma 1. par. q. 5. art. 6. in bonum honestum, delectabile & vtile tribuitur; nec facile tria hæc omnia in eandem rem conuenire solent, quemadmodum experientia satis est compertum. quod si quid triplicem hanc rationem boni in se vno contineat; id petrarum quidem est, sed in illud omnes miseri in modum ferantur; hinc illud Poetæ: *Omne sultu punctum, qui miscuit vtile dulci.* Ex hoc ergo consequens fit Congregatio-

nem esse in primis ab omnibus expectandam, cum in se vna triplicem illam rationem boni complectatur. quod ferè in Psalm. 132. his verbis exprimitur: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum.* idque ostenditur tum exemplo vnguenti Aaron Sacerdotis, odore suo gratissimo circumstantes reficientis: tum etiam exemplo Roris montis Hermon, & montem Sion: tum ad fructus veritatem, tum ad aspectus iucunditatem sanctitatis.

Id ipsum ratione probatur, Congregationes enim bonum continent honestum, quippe quæ ad diuinum obsequium, quo nihil est honestius, & Deiparæ honorem, quæ secundum Deum, principem in hac re vniuersitate obtinet locum, sunt institutæ, & in hunc finem sodales ad eas conueniunt.

Iucunditatem verò ipsi participunt maximam ex Societate tot sodalium, qui selectissimi, & egregiam sunt partium; ac in virtutibus Christiano homine dignis exercentur, hinc fit, ut nonnulli cum ad Congregationem accedunt, sodalesque conspiciunt, ingentique lætitia, & quodam spirituali deuotionis sensu perfundi, & quasi tot facibus ad pietatem inflammari se sentiat. Accedit quòd cum homo animal sit natura sua sociabile, nec facile solitudine delectetur, sed consociatione gaudeat aliorum, ideoque quemlibet fere socios habere iuuat: idcirco vnicuique danda opera est, ut eos deligat, quales in Congregationibus viuunt. scilicet ab improborum hominum consuetudine à colloquijs prauis, à morum contagione quam longissimè aberit. Ex quo etiam fit, ut si quando aliqui sodalium inter se priuatim conueniant, de pijs rebus, de virtutibus, de Sanctorum exemplis, deque similibus rebus colloquantur; ad Dei, ac Deiparæ cultum se ipsi excitent, eosque inuicem sermones miscant, qui B. Virgini clientes non deceant.

4 Utilitas verò quæ ex congregatione capitur est multiplex, nam Proverb. 18. *Frater qui adiunatur à fratre quasi Ciuitas firma;* mutuis enim exercitijs, consilijs, officijs, & precibus se inuicem ad pietatem inflammant. Et quemadmodum dedimus ex Philo- phis mutua necessitas quam homines de se inuicem habent ad vrbes ædificandas humanum genus coegit: simili quadam ratione multi in sodalium congregantur propter mutua, quæ sibi inuicem præstant charitatis officia.

Matth
In legio
Congre
tionis p
cipua p
tatis op
ra.
Eccles
Precep
qua in
gregati
nibus s
recens
tar.
Preces
Litania
Lectio
bonis s
ritualis
Gallia
Officia
sancti
Missæ
inter se
Sacra
torum
ceptio.
officia

Matth. 13. officia, ut quod vni deest, sufficiat alter. Preclarum porro est, quod **Matth. 18.** dicit Dominus: *Si duo ex vobis confecerint super terram, de omni re quaecumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in caelo est: ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum:* quibus verbis & vim orationis, quæ à multis pro eadem re funditur, declarat, & assistentiam suam in eis, qui in suo nomine congregantur, pollicetur: quæ omnia in B. Virginis congregationibus fieri satis constat. Ad hæc Summi Pontifices hoc pietatis studium ita probarunt, ut localibus congregationum, quæ in domicilijs Societatis lesu eriguntur, & tunc congregationi Romanæ primariæ aggregantur, amplissimas indulgentias concesserint cum in congregatione admittuntur, eum in eam conveniunt, cum aliquod peculiare opus ex ijs, quæ diplomate exprimuntur exercent, cum denique ex hac vita decedunt, quæ omnia utilitatem, quæ ex congregatione percipitur declarant.

In legibus Quartò, cum præcipua pietatis opera præscribantur in congregationis regulis, seu legibus, quæ quandam viuendi rationem sanctiorem quam in communij aliorum vitæ obedientia reperitur, indicant: propterea ex hoc capite omnes ad congregationem amplectendam maximè permoueri debent. sunt enim eiusmodi leges veluti sepes, & propugnacula, quibus ad hostium, ac ferram incurfionibus sodales muniuntur: *ubi enim non est sepes, Eccl. 3.6. deripitur possessio.* Quæ autem in congregationibus sunt, hæc ferè sunt. Constitutus diebus certum in locum conveniunt, & ne quis nisi magnis de causis absit, diligentissimè cauetur. Hic certo temporis spatio simul se continent intentis certatim animis ad commune studium pietatis, Præmittunt preces aliquæ cum litanijs: deinde oportuna spiritalium librorum sacra lectione, ac de ijs, quæ ex libris audierunt, facta inter se collatione, instruuntur, simulq; eorum animi reficiuntur. Da ut, & suum tempus canendis alternatim diuinis laudibus, officio, nimirum B. Virginis vel officio defunctorum, & similibus. Simul omnes eo die missæ sacrificio interfunt, & præscriptis diebus crebrò ad pœnitentiæ, seu confessionis sacramentum, & vna ad sanctissimam Eucharistiam, quod est præsentissimum contra omnes tentationes præsidium, ac munimè, accedunt: quin etiam dulcedine, & utilitati

diuini huius cibi allesti, complures crebrius quam sodalitates statuunt leges, sacra Eucharistiæ sacramento reficiuntur. His accedunt statis temporibus pia: religiosorum hominum cohortationes, quibus sodales verbum Dei audiunt, & quibusdam veluti stimulis ad virtutem incitantur. Vna præcipue agitur, & viget in toto cætu ad Deum oratio, & diuinarum rerum contemplatio, in eoque potissimum studio versatur Partheniorum sodalium industria, ut aliquid de Christi Domini cruciatibus, alijsve fidei christianæ mysterijs meditentur. Adhibetur & suo tempore voluntaria corporis diuerberatio, quam disciplinam vocant, siue in Congregationis loco, siue etià in propria domo. Multum etiam operæ impenditur ad animas, quæ in purgatorij pœnis detinentur, omni ope iuuandas, indulgentias pro illarum expiatione consequi student. Pro ijs etiam, qui peccato mortali irretiti existunt, preces effundunt. Eos qui in Xenodochijs, & carcere detinentur interdum inuisunt, suisque colloquijs, & opera consolantur, ac iuuant. Si quod incommodi alicui sodalium obuenerit, huic ad auxilium præsto sunt vniuersi. Quamobrem cum ægotant, visunt inter se & fraternum in morem iuuant: destinantur, qui ægotantis necessitatem, & inopiam si quæ incidat, explorent: & pro virili parte quicquid opus est, benignè impertiant. Si enim diem obierint missarum sacrificijs, & alijs pijs operibus illis opitulantur. ita se mutue charitatis vinculo arctius omnino, quam alij cognationis necessitudine complectuntur. Illud quoque in more positum est, ut pro se inuicem orent Parent certo moderatori, ab eoque se admoneri, reprehendi, imò & mulctari si quid contra regulas ab sese peccatum sit, æquo animo ferunt. Quod si quæ cuiusquam appareat in suscepto instituto titubatio, vel offensio: statim ad eum confirmandum, & in officio retinendum, auxiliq; præsto sunt: consilijs, monitionibus, & quauis alia ope, vel officio charitatis.

Denique ijs, qui B. Virginis congregationibus nomina dedere non tantum sua, sed proximorum etiam salus cordi est. Quare quoscumque possunt ad pietatis opera suo consilio inuitant & pertrahunt. Et si quos Congregationi idoneos deprehenderit, ad eam adducere student. Quare vnaqueque sodalitas tum studiorum similitudine, tum

Meditatio

Disciplina

Iuuant animas quæ sunt in purgatorio. Orant pro ijs, qui in peccato mortali existunt. ad Xenodochia & custodiam adducunt. Se inuicè cum ægotant inuisunt, ac iuuant.

Se inuicè in bono incepto excitant.

Proximos iuuant.

Imago quædam videtur religionis.



animorum consensione, nixuque voluntatum
tum piorum operum communicatione qua-
dam, etiam loci communitate ita efflorescit,
vt religiosi cætus imago quædam, & simulacrum
videatur.

Thren. 3. 6 Quinto, Bonum est viro, Thren. 3. cum por-
Adolescē tauerit iugum ab adolescentia sua, quæ nisi di-
in Con uinæ gratiæ freno coerceatur, prona est ad
gregatione malum: quare ex hoc etiam capite Congre-
Deo offer- gationum fructus spectatur vberimus. liqui-
unt. dem in Congregationibus præsertim schola-
Gen. 8. sticorū, & iuniorum adolescentia Deo per B.

Virginem dicatur, & præfidijs, quæ supra at-
tinguntur: idque datur opera, vt ad bonū
diuina gratia inflectatur. Quæ in re huius-
modi sodales Christum imitantur, qui infans
pro nobis circumcisus, quadragesimo die in Tē-
plo præsentatus, & duodecimo anno in Tē-
plo a dea, quæ Patris sui erat remāuit, Matre
sua minimè confecta, à qua dubitare nō poterat
se ab ijs, quæ Patris sui erant reuocatū iri: sed
vt nobis exemplū præberet in ijs, quæ ad Dei
honorem, & ad animæ salutem spectant, etiam
absque parentum consensu, à turba nos ipsos
subducere, & diuinis rebus à prima ætate con-
secrare debere. Cuius etiam rei exemplum de-
dit nobis sanctissima Virgo, quæ trimula in
Templo, vt c. & diximus, Deo se consecrauit,
ibiq; in Dei obsequio est educata. De plerisq;
quoq; Sanctis idem est licetis proditum. Sanctus
enim Ioannes Baptista legitur, *Antra de-*
serti tenoris sub anno, Ciuium turmas fugiens per-
uisse. Idem de S. Paulo primo Eremita, de S.
Be. edicto, de S. Thoma Aquinate, & de alijs
legimus, quorum exēpla proportionē quadā
imitantur adolescentes ij, qui B. Virginis con-
gregationi à tenera ætate dant nomen.

Exēplum *Deiparæ,* *& aliorū* *Sanctorū.*
7 Quod si quis harum Congregationum
fructum, atque animarum vtilitatem, quæ ex
huiusmodi sodalitijs existit, incipere velit:
secum ipse tantisper reputer eorum, qui ad il-
la venditant, conditionem, atque cum ijs, qui
ijsdem ascripti non sunt, vel tenore vitæ, vel
rerum spiritualium gustu conferat. Etenim ve-
rò in plerisque horum, qui in cōmuni quadā
uiuendi ratione versantur, nec vllis Congrega-
tionum legibus astringuntur, quæ salutis au-
xilium? quis diuinæ legis, vel amor obseruandæ
vel violandæ metus? Primum enim in plerisq;
ex his magna est ignorantia rerum, quæ ad a-
nimæ salutem necessariæ, vel certè vtilis sunt:
deinde à summis tantum flagitijs si abstineant

Eorum, *qui in Co-* *gregationi-* *bus viuūt* *etiam alijs* *comparati-* *o.*
quæ ad alia minimè leuia delabantur, mul-
tum sibi profecisse videntur, de monis frau-
des, atque astutas ignorant, seu non valde
attendunt: quare nec ab illis sibi valde cauent.
semperna impiorum supplicia, & piorū præ-
mia, vitæ & passionis Christi Domini myste-
ria, piura item beneficia ne vix quidem ani-
mo recogitant, ad salutarem peccatorum pen-
itentiam in paschaibus festis ægre accen-
dunt.

Contra vero qui parthenia sodalitis ad-
eunt, in ijs, quæ ad salutem consequendam
pertinent, diligenter instituantur. Præfidijs,
quæ ad piè viuendum requiruntur, non me-
diocri illis copia suppeditatur. Christi Do-
mini vitam, aliisque fidei nostræ capita per-
intimam contemplationem penetrare studēt.
Cotempis voluptates coercent, carnis illecebras
fugiunt. Laboris molestiam, si quæ sit in virtu-
tum exercitatione, aliorum exemplum, & ipse
vltus diuturnus imminuit. Quo fit, vt studio-
sissimus quisque, atque probus ad maiorem in
pietate progressum impellatur, inertes, ac de-
sides aliorum exemplo, consilio, atque auxilio
ad meliorem frugem reuocentur. Hanc tantā
in Viribus, vbi hæc vigent sodalitates, in meli-
facta mutatio: in ijs enim, qui licetis dant ope-
ram, qui que aliquam complexi sunt Virginis
sodalitatem, magnus etiam in literarum etiam
studijs exitit progressus. Hinc iisdem sodali-
bus luadentibus, eorundem etiam cognatorū
domesticorum, amicorum, & aliorum in mo-
ribus est facta mutatio, & ad omnem pietate
accessio. Aliqui postea sodales ad ciuilibus
negotia siue animæ suæ periculo tractanda
diluuntur. Alij Christum ad tutissimum Re-
ligionis portum eos vocantem alacriter prom-
teque sequuntur.

Maneat igitur ex ijs, quæ diximus, has
Congregationes diuinum fuisse inuentum, &
coeleste consilium, Societatemque nostram,
quæ omnem instituti sui rationem ad proxi-
mum salutem accomodat, in suis Collegi-
is, & Domibus, tum ad instituentem in pie-
tate iuuentem, tum etiam ad alios quoque
in rebus spiritualibus iuandos, memō-
huiusmodi sodalitia celebrare, ac propagare
in dies magis, eaque pro ratione ætatum, ac
studiorum distinguere, & numerare, vt pueri
à viris, literarum studiosi, ab ijs, qui alijs oc-
cupationibus destinentur, qui aliqua dignitate
prestant, à reliquis multitudinis. Rustici, &
Agricolæ

Agricolæ ab opificibus, & iis, qui in Ciuitate negotia tractant: Sacerdotes etiam à laicis, ubi commodè fieri potest, segregentur, ac suis cuique ordini, ætati, dignitati locus sit, suæ leges, sui præfecti, atque custodes. Eo fit, ut & æqualium exemplo, adiuuentur in firmiores, & multitudinis æqualitate, omnes delectentur, alacriusque conueniant.

ORIGO CONGREGATIONUM

Despara, qua in nostris domibus habentur.

Origo so-
dalis
sarchenia
rum in So-
ciatis
sua de mico
sua. Fran-
cisca Sa-
cristus in
historia So-
ciatis

Ceterum nec inutile, nec in iucundum futurum arbitror harum Congregationum, quæ in domibus Societatis Iesu sub Virginis Desparæ tutela existere diximus, in ista hoc loco paucis commemorare, quod ex Societatis Iesu historia à nostro Francisco Sachino non minus piè quam fideliter, & accuratè conscripta, suis ferè verbis referendum duxi, ut omnes intelligant, Dignum Dei fuisse, qui huiusmodi sodalitates ex tam debili principio ortum ducentibus, per matris suæ patrocinium, innumerabilium adolescentium, aliorumque virorum salutem prospicere voluit, hisce præsertim calamitosissimis temporibus, in quibus hæreses in Septentrione impundè; ubique verò ad omne scelus prociuitas aded grassabatur. In ea igitur historia cum agitur de ijs, quæ ad annum 1567. spectant, sic habetur. Inchoata est pia quedam sodalitas, auctore Ioanne Leonio BELGA infimæ rudimentorum grammaticæ classis Magistro, inter inferiorum classium adolescentes ex his, qui præcipuo studio sociare cum literis pietatem cuperent. cœpere diebus singulis. postmissos cæteros, in unam de scholis, in qua altare pulchre ornauerant, congregari. ibi aliquando orabant uniuersi: de in unum è pio libello quidpiam legebat, audientibus cæteris. Diebus verò Dominicis, ac Festis etiam vespertinas, de more Ecclesiæ, modico cum cantu peragebant preces. Ex his rudibus initijs sodalitates, quæ deinde B. Virginis præcipuo studio dedicata tam insigni cum iuuentutis, atque aliorum bono certis formatæ institutis, latè per orbes mundi oras suscipi sunt, emanarunt. Quanquam non Romæ primum hi simplices discipulorum coetus exorti: nam ante hunc annum Genus, ac Parusiæ mentionem eorum reperiri hæc ibi. Deinde inter ea, quæ an-

no 1564. sunt gesta idem Sachinus de hæc ipsa sodalitate Romana narrare sic pergit: Quæ cepta superiore anno sodalitas discipulorum erat, ea beatissimæ Virginis subiecta hoc anno tutelæ est: ijsque constituta legibus, quibus magnam partem, hodieque regitur. finis propositus in pietatè, literisque progressus sodales ad septuaginta numerantur. Quæque hebdomada confiteri. Quoque mense sanctissimum Christi corpus sumere, singulis diebus sacro interesse. Virginisque vel Romana vel Preces è libello iusti percurrere. Vespere è schola dimissi congregati quartam horæ partem meditationi, alteram autem partem excipiendis capitibus, quæ die postremo meditarentur, partim conferendo breuiter, quæ agitauerant consumebant. Diebus festis à prandio post decantatas vespertinas preces, alij ad viscendos in Nosocomijs ægros, alij ad salutandas Diuorum reliquias, alij ad alia pia munia mira ibant alacritate. Omnibus unus è Societate præerat, qui cum cætera moderabatur; tum diebus Dominicis adhortationem habebat. Ex sodalibus unus, qui præesset cæteris, lectus est, cui Præfecti appellatio indita: duodecimque præterea, inter quos cura reliquorum distributa, ut nullus negligere: quoque paucioribus quisque intentus esset, hoc absolutius cuncta procederent. In cæteris commoditatibus huiusce sodalitates illa non fuit è postremis, quod inter se agentes paranimi, & pietate adolescentes, vitabant improborum consuetudinem, qua molli, improvideque ætati exitium nullum est certius. hæc tenus ex historia Societatis.

Cum verò similes Congregationes temporis processu in præcipuis nostræ Societatis Collegijs iam essent institutæ, earumque fructus longè lateque ad plurimos manaret. Gregorius XIII. Pontifex Maximus, qui huiusmodi pietatis exercitationes, sicut & reliqua omnia ad Dei honorem spectantia fouere solitus erat, Diplomate suo nonis Decembris anni 1582. primariam Congregationem in Ecclesia Collegij Romani Societatis Iesu, externorum scholarium, & aliorum Christi fidelium sub titulo Annuntiationis B. Virginis, quæ per Præpositum Generalem Societatis Iesu dirigere, auctoritate Apostolica erexit, atque instituit, indulgentias amplissimas sodalibus esse elargitus, potestatemque eidem Generali Præposito fecit, quasuis alias Congregationes in

Bbb

nostris

nostris extra urbem Collegijs erectas, huic primariæ Romanæ aggregandi, illisque easdē Indulgentias communicandi. Eandem postea facultatem Sixtus V. nonis Ianuarij anni 1586 extendit ad alias Congregationes, tum eas, quæ non constant scholaribus, tum etiam eas, quæ in Societatis domibus, non tantum in Collegijs eriguntur; idque siue à Virgine Annunciata, siue à quouis alio titulo, & inuocatione nomen acciperent. Clemens verò VIII. die 30. Augusti anni 1602. ad Congregationes in residentijs Societatis constitutas eandem facultatem benignissimè extendit.

*Quæ Congregatio-
num insti-
tutum com-
mendant.
Summi
Pontifices.*

*Insignes vi-
ri ex Con-
gregationi-
bus.*

*Prelati, &
Principes,
qui Con-
gregationi-
dant nomi-
na.*

*Multitu-
do sodalitū
omni ge-
neris.*

Multa porò sunt, quæ harum sodalitatum in Societatis iesu domicilijs erectarum præter ea, quæ hæctenus differimus, pium institutū commendant, atque adjuvant. In primis tot summorum Pontificum, qui Christi vices in terris gerebant erga eas, ut vidimus instituendas, & Indulgentiarum largitione decorandas propensum studium atque benignitas. Tum plurimi insignes viri, qui ex his sodalitatibus prodire, & vel religiois vitæ institutum complexi, vel in seculo remanentes. Rempublicam Christianam sua opera egregiè inuenerunt, & iuvant; neq; tantum ex ijs sodalitijs Episcopi, sed & aliquod S. R. E. Cardinales, quorum aliqui etiam nunc vivunt extitere. Deinde complures Ecclesiarum Præfules amplissimi & viri Principes Ciuitatum, vel honoris gradu vel generis nobilitate alijs longè superiores; Sodalitia tamen hæc amplectuntur, & in communè cætum, nomenq; fraternum sodalium admitti se volunt, absq; ulla, vel loci, vel appellationis exceptione, quod multis in locis, sed præsertim in sodalitijs Domus Professæ Romanæ, ad quod multi conueniunt Prælati, cernere licet, in quo Cardinales ipsi sua interdum præsentia, & suis ad sodales sermonibus, alios ad hoc pietatis studium inuocant. Neque illud in postremis harum sodalitatum institutum celebrat; multitudo nimirum sodalium, & quidem diuersorum ordinum, ut omnes ferè Ciuitatis status hac ratione iuventur, excludatur nullus: quare tum propter multitudinem, tum etiam propter ætatis, ac munerum, seu officiorum diuersitatem, plura eodem in domicilio exigunt sodalitia, ut videre est multis in Ciuitatibus; nobis sufficiat exempli causa unius Ciuitatis Neapolitanæ sodalitates commemorare, in qua Societas nostra in suis locis ad quidecim circiter, easque maximè frequentes numerat, de quibus ali-

quid breuiter infra perstringere non grauebor, ut ex his reliquis toto propemodum orbe sparsas conijcere possimus. Sed quod caput est omnium, quodque ad sodalitatum commendationem in primis facit, illud est, quod in huiusmodi sodalitatibus illustribus argumentis declarat patrocinium suum Angelorum Regina, quæ huius generis alumnos multis in periculis præsentis ope defendere consuevit, quod quam plurimi experti sunt. & Congregationum sub Virginis nomine, non tantum in nostro orbe, sed in Indijs etiam erectarum felix progressus satis ostendit Virgini eas cordi esse.

Quare, ut initio dicebamus inter obsequia Deiparæ acceptissima, quæ ei deferre possunt, id est, qui in sæculo vivunt, hoc erit Virgini sanctissimæ longè gratissimum, ut scilicet in eius Congregationem ascribendos se curent, statis diebus ad eam conueniant, regulas sodalium exactè obseruent, alios quibus cum agunt ad pietatem excitare studeant, ut Virgini beatissimæ beneficijs, quæ innumera in nos contulit, aliqua saltem ex parte reipondentes ad maiora in posterum ab ea accipienda, magis, magisque disponamur.

Neque solum in societatis nostræ domicilijs, sed in alijs etiam religiosorum hominum familijs complures piorum sæcularium Congregationes, seu sodalitates magno cum sodalium fructu visuntur.

CONGREGATIONVM IN VNI- uersum antiquissima olim instituta.

AT ne quis has piorum hominum sodalitates, seu congregationes existimet novum esse, ac recens inventum, & idcirco eas non ita manifestat, ostendam planè plurimis ex antiquitate petitis exemplis earundem usum in Christiana Republica esse perantiquum, plurimamque ex eis utilitates superioribus sæculis in alios mansisse: nam ut omittam eas quas vocant confraternitates, seu Confratrias ad varia pietatis munera exercenda (de quibus multa egregiè disserit Navarrus in miscellaneis de Platerio, seu Rolasio) & ut taceam pierasque alias sodalitates diuersis in Vrbijs institutas, à quibus recensendis ne nimium ab instituto digrediar, consultò abstinere, aliquas tamen mihi magis exploratas tacitis præterire non possum.

De Confraternitate Rosarij.
 Et in primis quid dicam de sodalitate Rosarij à religioſiſſimo Prædicatorum Ordine propagata? cuius precandi formula, ut capit. 20. & 29. dictum eſt Virginis, iuſſu per S. Dominicum eſt inſtituta. hæc enim Rosarij ſodalitas toto propemodum terrarum orbe ad hanc uſque diem, & numero ſodalium utriuſque ſexus, & nominis celebritate, & pietatis progreſſibus florentiſſima, verè Rosarij cœleſtis diuinum odorem, & amoeniſſimam iuauitatem, ac pulchritudinem reſert.

Ex Virginitate proſeque.
 Florentiæ ſodalitas quædam piorum hominum ſuit in Deiparæ honorem congregata, in qua anno 1233. die aſſumptæ Virgini ſacro cum eidem Virgini B. Bonfilij Monaldus Florentinus cum lex alijs laudes, preceſque piè perſoluerent, cœleſti voce admoniti mundo nuncium ſtatim remiſere, ipſoque natæ Virginis die initium dedere Ordini Seruitatum nuncupato; quod B. Virgini, ex cuius ſodalitate prodierant, ſeruus ſe profitebantur: quos etiam per urbem Florentiam tranſeuntes B. Virginis ſeruus à lactentibus appellatus memorie proditum eſt, ſequè à ſeculi ſtrepitu ad montem Senarium, qui nomen Florentia milliaribus Mugellam uertus diſtat recepere. elapſo deinde ſeptennio à Virgine magno Angelorum cœtu comitate, manu altera atram veſtem, altera ſancti Auguſtini regulam præferente, ſingulatim per viſum ſu- tiuſſi ea regula, & illo exinde habitu uti in memoriam eius, quam Virgo ſanctiſſima ex Chriſti paſſione perſenſit, afflictionis, atque triſtitie.

De Confraternitate Disciplinarum Senenſis.
 11. Senis præterea urbe Hetruriæ celebri quæ ob ſingulare ſtudium erga Dei parentem, & in euſdem fide clientelam nominari gaudet Ciuitas Virginis multam iam inde ſæculis fundatum eſt nobiliſſimum illud ſodalitium, ſeu ut vulgò vocant Confraternitas diſciplinatum B. Mariæ Virginis, quæ eſt in Domo hoſpitali, quam dicunt de la Scala, ubi preces, corporis flagellationes, & alia pietatis exercitia ſunt in viu. ex quo loco, ut teſtatur auctor vitæ S. Bernardini Senenſis, omnes ferè Italiæ diſciplinatum laicorum piè exercitationes, vel deuotionis ſtudia dimanarunt. ex illo loco complures prodierunt ſanctitate illuſtres, & religioſorum ordinum fundatores, vel in primis B. Ioannes Columbinus vir ſanctiſſimus, & Ieſuitarum Fundator, cuiusque ſocius Franciſcus Vincentius, Item-

que Ordinis Montis Oliueti Fundatores, B. Bernardus Ptolomæus, Patricius patricij, & Ambroſius Piccolomineus. Ex eodem cœtu extiterunt B. Petronius de Petronijs, poſtea in Carthuſianorum familiam admiſſus, Andreas de Galleranis, ſpeculum ſanctitatis, alijsque innumeri religioſæ vitæ profeſſores, inter quos recenſetur S. Bernardinus Senenſis celeberrimæ ſanctitatis vir Fratrum Minorum, qui de Obſeruantia vocatur, ſi non primus fundator, ſaltem propagator præcipuus, de cuius inſigni doctrinis, & egregia in Virginem pietate nonnulla c. 35. diximus: quæ vero hoc in loco de ſodalitio Senenſi commemorauimus ex auctore vitæ S. Bernardini apud Surium tom. 3. accepimus.

De Sodalitate Confalonis Romæ.
 Romæ in S. Maria Maiora præclariffima ſodalitas, quæ dicitur Confalonis eſt erecta, quæ ad S. Bonauent. Doctorem eximium, qui anno Domini 127. ex hac vita migravit, ſuam reſert inſtitutionem Matthæus quoque Villanus lib. 2. hiſt. c. 48. euſdem ſodalitatis meminiffe videtur: ait enim Romæ in S. Maria Maiore occasione ſocietatis eorum, qui vocabantur commendati B. Virgini, complures eò conueniſſe, quorum induſtria vrbis, quorundam ſtudio diuexata, ſuo ſplendori eſt reſtituta tempore Clementi VI. anno lubilæi 1350.

Romæ quoque quædam ſodalitas inter reliquas extitit in templo S. Dorotheæ, quæ à diuino amore cui ſodales præcipuè ſtudere ſatagebant, appellationem acceperat, ad quam complures tum Eccleſiaſtici, tum Laici, & in his Prælati, alijsque viri nobiles conueniebant, ſpiritalibus operibus vacabant, in meditationibus, & exhortationibus exercebantur; ad ſacramenta percipienda crebrius quam alij eo tempore facere conſueuerant, accedere ſtudebant. Ex quæ complures tum vitæ ſanctimonia, tum doctrina illuſtres prodierunt, inter quos merito numerantur quatuor illi, qui religioſiſſimi Ordinis Clericorum Regularium, quos Theatinos vulgò vocant auctores, & fundatores extiterunt anno Domini 1524. die 14. Septemb. omnes natione Itali, generis nobilitate, & vitæ ſanctitate præſtantes, qui omnium primi hac tempeſtate Clericorum Regularium Ordinem excitauerunt, ut ſuo exemplo, atque opera clerum ſæcularem ad ſanctiorem viuendi rationem iuxta ſacrorum Canonum normam excitaret. Hi fuerunt B. Caietanus Thieneus Vincentinus, Prothonotarius Apoſtolicus, qui vitæ me-

ritò miraculis etiam claruit: Bonifacius à Colle ab Alexandria Gallia: Cisalpina: Vibe: Paulus Consiliarius Romanus, & Ioannes Petrus Carrafa Neapolitanus Episcopus Theatinus, qui Episcopatu relicto post exactos in ea Religione aliquot annos à Paulo III. in Cardinalium Ordinem allectus, & anno 1555. Pontifex Maximus renunciatus, Paulus IV. appellari voluit, Catholicae fidei contra Hereticos acerrimus propugnator, & Ecclesiasticae Reformationis, in quam non exiguam operam contulit, studiosissimus: quæ omni plenius describuntur c. 1. & 9. historiae eorundem Clericorum Regularium, quam piè, ac diligenter nuper edidit generis nobilitate, ac pietate conspicuus, Ioannes Baptista de Tufo ex eodem Ordine ad Episcopatum Acerranum assumptus.

De sodalitate Neapolitanis.

12. Nec solum Senis ex sodalitate Virgini consecrato, & Romæ ex sodalitate diuini amoris Religiosorum plurimi, & Religionum Fundatores prodierunt: sed in Vrbe etiam Neapoli, vbi cum multæ habeantur variis in locis piarum hominum sodalitates, vna tamen anno ab hinc nonagesimo est instituta, cui nomen est

De Societate quæ de li bianchi vocant de li bianchi sub inuocatione Virginis.

S. Maria succurre miseris, quam vulgo vocant *de li bianchi*, à linea, & candenti veste, qua induti procedunt, dum munia sua per Vrbem obeunt: eius sodales fuere semper è primarijs, & clarissimis viris, siue cum ea laici permixti erant Clericis, siue cum ex solis (vt nunc habet) constat Clericis. Præcipuum est eorum institutum ijs, qui extremo supplicio afficiuntur, opportuno solatio monitiq; ad id tempus idoneis, & consilio, & auxilio præsto esse; eosque ad supplicij locum solemniter profecti, consolari, ac eorum moerorem pro virili parte leuare, quin etiam eorum familias (vt res ita postulet) in fidem suscipiunt, & vxores, filias, sorores honesta dote collocant; certos ad id habent redditus, suaq; industria constitutos, multos etiam qui propter æris alieni difficultatem in custodia detinentur, pecunia creditoribus persoluta liberant, ad auram popularem vitandam mirum in modum se se ipsi occultant.

Hector Pignatellus, vnus ex Sodalibus Societatis Iesu Neapolim eandem curat.

Ex eorum numero extitit Hector Pignatellus Hiponij vulgò Montis Leonis Dux, vir spectatæ integritatis, & in Neapolitano Regno inter primarios, is cum audisset à Hieronymo Vignes viro integerrimo eiusdem Congregationis sodali, qui nostrorum consuetudine Patauij vsus erat, instituti nostri rationem ad

Christianæ rei propagationem in primis velle, à B. Ignatio Societatis nostræ parente exorauit, vt aliquot è Societate Iesu mitteret, qui Neapolitani Collegij fundamenta iacerent egitq; cum Prorege Neapolitani Regni, qui eo tempore erat Petrus à Toletò, vt idem per Toletum litoras à B. Ignatio peteret, nostrosq; cum P. P. Nicolao Bobadilla, vno ex nouem B. Ignatii socijs, mense Ianuario anni 1552 ab eodem B. Ignatio Neapolim missos humanissimè excipiendos curauit.

Ex eodem piorum virorum sodalitate anno 1588. nonnulli Sacerdotes viri, & genere nobilitati, & in cultu pietatis egregij, Religiosissimum Ordinem instituerunt Clericorum Regularium Minorum à Sixto V. confirmatum, ijs fuere Augustinus Adornus Genuensis, Franciscus Caracciolus, Augustinus item Caracciolus Neapolitanus, qui Neapoli auita iam familia celebre domicilium habent in æde sacra B. Mariæ Maioris, quorum spectata virtus eidem Ciuitati Neapolitanæ, alijsq; Vrbibus, ac Prouincijs, ad quas in dies propagatur, magno est tam exemplo, tum ornamento. Nam præter alias pietatis exercitationes, in perpetuam diu, noctuq; orationem, succedentibus sibi in aciem eiusdem Ordinis Religiosis, coram sacrosancta Eucharistia incumbunt; quotidie etiam ex præscripto Religionis eorum vnus pane tantum, & aqua vescitur; alius verò cilicium ad carnem gestat. Alius disciplina se ipsum diuerberat sic, vt nullus prætereat dies: quum eorum aliqui eiusmodi corporis castigaciones subeant. Atque hæc omnia Neapoli ex sodalitate, quam vocant *de li bianchi* ortum habuere.

CONGREGATIONVM, QUÆ NEAPOLI in Societatis domicilijs habentur, numerus, earumq; fructus.

13. Quoniam verò præclaræ huius sodalitates in vrbe Neapoli mentionem fecimus, non ab se erit hoc loco id quod supra polliciti sumus, paucis subijcere, quæ quoræ sodalitia hac vbi in vrbe Societas Iesu suis in domicilijs instituerit. Et quidem biennio postquam Patres nostri in eam urbem aduenerant, cum pietatis semina spargere iam cœpissent, anno Domini 1554. die 14. Ianuarij à viris ætate prouectionibus instituta est in Collegio nostro Congregatio

quædam, quæ nomen à veneratione sanctissimi Sacramenti desumpsit, quod eius sodales crebram sacramentorum susceptionem Neapolim inducendam studerent: id quod Dei ope feliciter præstiterunt. Hanc Congregationem ex vrbe B. Ignatius Societatis nostræ parens per literas laudauit, approbavit, suaque benedictione est profectus, eamque sic appellari voluit; quare Congregationum quas ego sciam, quæ in Societatis domicilijs siue Romæ, sibi alibi habentur, hæc videtur omnium antiquissima: ad eam tamen non multis patebat aditus, sed pauci admodum, ijque maxime probati admittebantur, quæ anno 1610. Sodalibus id effragantibus in Domum Professam est translata.

Cæterum hac omissa, quæ à veneratione sanctissimi Sacramenti, ut dixi, est appellata; hæc Societas nostra in vrbe Neapoli, tum in Domo Professa, tum in Collegio (præter illam naturarum ac piscatorum, quæ est in Domo Probationis, ut mox dicemus) Congregationes Beatæ Virginis dicatas omnis generis, & ætatis hominum non minori sodalium emolumento, quàm ciuitatis bono, ad quindecim, easque frequentissimas, quarum singulis vnus saltem ex patribus præest, in quibus sodales numerantur bis mille, & trecenti, & eo amplius: ex quibus innumeri ex læculari ad religiosæ vitæ statum in varias religionum hominum familias se transfulerunt.

14 In Collegio (quod in ea vrbe multis ante annis fuit, quam Professorum Domus fundata esset) Congregatio illa, cui ab immaculata Virginis Conceptione nomen est inditum, omnium prima fuit, quippe quæ anno 1574. die 13. Decembris est erecta: hæc scholasticis constat ætate grandioribus, quos vocant studentes, & ut omittam eos, qui ad Patriam reuertuntur, quorum numerus non facillè iniri posset; qui ad eam frequentes conueniunt (conueniunt autem ducenti circiter) ij ex vniuerso fere Neapolitano Regno studiorum causa Neapolim confluunt, & partim Theologiæ, vel Philosophiæ; partim Iurisprudentiæ, vel Medicinæ dant operam; atque absolutis studijs, vbi ad Patriam remigrarunt, suis monitis, & probitatis exemplis populares omnes ad pietatem inflammant. Nonnulli etiam Congregationes instar huius Neapolitanæ apud suos excitandas curant.

In eodem Collegio duæ adhuc Scholasticæ

rum iuniorum Congregationes habentur, altero anno 1579. instituta, altera verò aucto nimis sodalium numero sequentibus annis erecta.

In hoc ipso Collegio sex præterea honestorum Ciuium, partim mercatorum, partim vrbis opificum numerantur sodalitia, in quibus maiores natu à iunioribus, ij etiam, qui in pietate diutius se exercere ab alijs tyronibus diuersa constituunt sodalitia, quorum omnium sodales Dominicis, festisque diebus hora meridiana simul in Templo lectioni, qua capita fidei explicantur inter sunt: hac absoluta ad sua singuli se recipiunt sodalitia quæ anno 1582. magno huius Ciuitatis bono inchoata, breuissimo temporis spatio tanta sodalium confluentium multitudine sunt auctæ, ut peculiarem Dei benignitatem hominum animas sub Deiparæ patrocinio, cui hæc sodalitia sunt dicata, ad se pertrahere volentis, omnes agnoscerent pariter, ac laudarent: & nisi loci angustia, & ratio ipsa Collegij, quod literarijs exercitationibus ex instituto præcipue vacat, vetuissent; in longè maiorem sodalium, & sodalitarum numerum excreuissent.

Ad hæc in eodem Collegio Dominicis, atque festis diebus in quandam Aulam quam plurimi pueri conueniunt, qui centum & quinquaginta circiter, & interdum eo amplius numerantur, quibus recitatis Litanijs doctrinæ capita, & præcepta bene viuendi ab vno è nostris traduntur: qui etiam si sodalitarum formam non habent, sponte tamen sua magna cum rerum spiritualium aviditate gregatim eò confluunt.

15 Præter has, quas recensimus sodalitates, aliud in eodem Societatis Collegio, sub titulo Purificationis Dei Genitricis, piorum hominum est institutum sodalitarum; qui Christianorum mancipijs Mauris, Turcis, Æthiopicis ex impura Mahometis secta ad Christianam fidem traducendis operam suam omnem ponunt. Hi enim huiusmodi infideles diligenter inquirunt, ad nostros pertrahunt. Hi per sese, vno ex nostris præside, in certum Collegij locum conueniunt, vbi sodalium munera ob-eunt. In aliam verò proximam aulam, quasi sub horum pia sollicitudine, ventitant tum ij, qui ex mancipiorum genere, sacro baptisinate sunt lustrati; tum etiam Catechumeni: quibus omnibus Christianæ fidei capita ab vno è nostris memoriter ediscenda traduntur, & explicantur ibi Neophyti instruuntur, ut in pietatis studio radices profundiores agant: quædam

Alia sodalitia in eodem Collegio Deiparæ dicata.

Sodalitas Purificationis, in qua infideles Christianæ præceptis imbuuntur.



dam etiam pietatis officia, quæ in Sodalitatibus fieri solent, ab illis magno cum feruore præstantur. Et sanè fructus Dei, ac Deiparæ opere, non pœnitendus exitit: hoc enim proximo septennio ad trecenta circiter capita nostrarum opera sacrum baptismum susceperunt. Atque ex his complures pœnitentiæ, & sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramenta crebro vsurpant. Nec in postremis hoc charitatis opus Neapoli reponendum videtur: siquidem in l. b. 7. Re-

*S. Brigitta
Reuelatio.*

uel, S. Brigittæ cap. 18. Beatissima Virgo inter peccata, quæ Neapoli fieri, & Christo valde displicere testatur, primum illud fuit, quod multi mancipia sua ad Christi fidem traducere negligenter: vel si iam illam amplexati essent, in eadem instrui non curarent. Ex quo facile colligimus quanta sit facienda pia hæc infideles ad Christi fidem conuertendi sollicitudo: quam Paulus V. Summus Pontifex ita probauit, vt suo diplomate anno 1605. mense Nouembri, Cardinali Bellarmino hoc procurante, id magnopere commendarit; ad decennium amplissimas Indulgentias nominatim concessent, tum Sodalibus Oratorij Purificationis Neapoli erecti, tum etiam Patribus Societatis, qui eius Oratorij curam habent, & Dominis etiam, qui sua mancipia, vt instruuntur ed mittant.

Congregatio Clericorum Neapoli.

16 Bicenno antequam hæc ederemus, id est, anno 1611. mense Julio in eodem Neapolitano Societatis collegio, principium factum est Congregationis Clericorum sub titulo beatissimæ Virginis Assumptæ, quæ breui in tantum sodalium numerum excreuit, vt sodales in præfenti anno numeret plures quadringentis, in his Neapolitani Cleri Sacerdotes, quosdam Primarios, & Episcopos omnino quatuordecim, qui in sodalium album ascribi voluerunt, & ad sodalitatem, quantum eorum occupationes patiuntur, veniunt: eius Congregationis institutum est, Sacerdotes in modo iuandi proximos informare, quo majori cum ministerium, ac populorum profectu ea munera obeant, quæ propria sunt Sacerdotum. Conueniunt bis singulis hebdomadis. vno die profesto à prandio, quo traditur modus recitandi Horas Canonicas, faciendi sacrum, meditandi, concionandi, docendi pueros, ac iudei doctrinam Christianam, audiendi confessiones: tradendi alijs, & præsertim Monialibus exercitia spiritualia: modus item instruendi Patresfa-

*Pietatis
munera,
qua in hac
Congrega-
tione ex-
ercantur.*

miliæ ad liberos, ac domesticos Christianis moribus informandos, aliaque his similia peragendi, quæ ad Sacerdotis munus in animabus iuandis pertinere possunt. Altero die, qui Dominicus dies esse solet à prandio, (hoc enim tempus Clericis ad conueniendum opportunum visum est) frequentant sodalium tantum, qui aliquot ante admissionem diebus exercitijs spiritualibus exculti, formula quam Propositi se totos B. Virgini ad iuandos ad æternam salutem proximos deuouent, siueque oblationem Deiparæ fecerunt, vt propterea Oblati vocentur. Ita que in hac præuata Oblatorum Congregatione tria peragi solent: vnum est exerceri sodales vniuersi quadam specie, quæ parat ad munus seruum in concionibus, atque exhortationibus habendis, in docenda doctrina Christiana, in modo confessiones audiendi, & instruendi eos, qui peccata confitentur, in experiendo cetera munia, de quibus in Congregatione publica instructiones acceperunt. Alterum est per quam horæ partem varia mortificationum genera obire, quæ valent ad humilitatem, ac pietatem Christianam inferendam, ac conservandam. Tertium est quadrantis item spatium omnes simul aliquid pium meditari. Sexto autem quoque mense pietatem, ac spiritus feruorem instaurare conantur: nam oblatione, qua se Virgini deuinxere renouant; præmissa confessione generali, quam ex generali vltima inchoant, cuius testimonium à confessionis scriptum exhibent. Credi vix potest quantum ex hac opera fructus capere existere. Plurimi sodalium, qui tum ex Episcoporum, tum è Sacerdotum exterorum numero Neapoli ad suas Dioceses rediere, accensi desiderio iuandis suis populos, renouarunt in suis Urbibus, & Oppidis peritile doctrinæ Christianæ exercitium, inuexere frequentem Sacramentorum usum, Congregationes erexere tum Laicorum, tum etiam Clericorum. Neapoli autem à sodalibus qui ad confessiones audiendas sunt approbati, inuisuntur vincti tum in custodijs, tum in tremeibus, & excoluntur adhortationibus, erudiuntur Christiana doctrina, expiantur pœnitentiæ Sacramento. Mulierum cœnobium, qua sermone, qua exercitijs spiritualibus, qua Religiosorum votorum crebra renouatione, præmissa confessione generali, ad stultitiam, perfectioremque viuendi rationem

*Alia ob-
latio
Virgini
exercitijs
trahit*

*Annali
fructus
peracti
reuerentiam
Congrega-
tionis pro-
cedunt*

tionem è suis confessorijs, qui hoc sodalium frequentant, excitantur. Et sanè in complurib⁹ ex Clero magna apparet sanctitas, magna in celebrandis Missis, in recitandis Horis Canonici pietas non absque magna populi aedificatione. Atque hæc quidem in itia spem omnibus faciunt fructus multò vberioris:

Congregatio Ludimagistrorum Neapoli.

17. Mense Octobri in sequentis anni 1612. in eodem Collegio instituta est Congregatio Ludimagistrorum. Cum enim morum in Christiana Republica renouatio maxima ex parte pendeat ex bona puerorum institutione, Christianus autem populus suos pueros per Ludimagistros ferè instituere soleat; quis non videt quanti referat Ludimagistros piis exercitijs excolere, eosque erudire in modo informandi pueros bonis moribus, ac pietate Christiana? itaque in hoc sodalio id potissimum agitur, vt Ludimagistri proficiant in spiritu, Christianæ iuuentutis iuandæ zelum concipiant, discant varios modos quibus puerorum animis Dei cognitionem infunderent, malos mores ex eisdem euellant, & imbuant ijs virtutibus, quibus cum robustioris ætatis fuerint, Christianæ Republicæ & adiuumento, & ornamento esse possint. Adhuc finem impressa est instructio quædam pro Ludimagistris, ex qua ferè iunguntur exhortationes, quæ ad ipsos habentur in sodalio, quæque à sodalibus omnibus in suis scholis obseruari debet. Et certè si huiusmodi cæptis annuat Deus, quod speramus; non dubitamus fore, vt breui maxima futura sit morum renouatio, & aliæ Vrbes idem exemplum sint secuturæ.

Congregationes B. Virginis in Domo Professa Neapolitana.

18. In Domo verò Professa Congregatio, quæ cæteris in eadem domo præstat, est illa, cui B. Virginis Natiuitas nomen dedit, nobilissimis primarijsque viris, atque ex ijs compluribus, qui Magistratum gerunt reuerentissima, anno 1586. mense Ianuario instituta. Hæc præter ea, quæ ad sodalium pietatem spectant, aliæque cum cæteris Congregationibus communia, quibus apud alios Cites magnam probitatis opinionem eius sodales sunt consecuti, illud habet peculiare, quod ingenti pecuniæ summa à sodalibus vltro corrogata, quæ ad duo circiter aureorum millia in singulos annos ascendit, pauperum hominum, & honestarum familiarum, quos à publice mendicando pudor arcet, transmissa ad illarum vique domos elemosyna inopiam subleuant.

In hac ipsa Domo Sacerdotes, & Clerici ad suam peculiarem Congregationem, quæ mense Februario anni 1593. est instituta pro festo hebdomadæ die (ne festis à Templo abesse cogantur) conueniunt. Ad hæc duæ aliæ Congregationes ad Domum Professam spectant honestorum Ciuum, tum eorum, qui aliquot munus in Curijs magistratum huius Regni exercent, & Curiales vulgus appellat, tum Mercatorum, vel etiam Vrbes opificum. Alia denique famulorum, qui quo tempore in Congregatione illa Virginis natæ sui Domini detinentur, ipsi quoque alio in loco ad pietatem instituuntur, & exercentur.

Nautarum ac Piscatorum Congregatio in Probationis Domo Neapolitana.

19. Ad extremum non est silentio prætereunda Congregatio Nautarum, ac Piscatorum, qui in eo suburbio Neapolitano degunt quod à plaga maritima corrupto vocabulo *Chiaia* vulgus appellat, & ad proximam Societatis nostræ Probationis Domum, cui à Virgine Annunciata est nomen in ea Ciuitatis regione sita, quam *Eglam*, vulgò *Echiam* dicunt, conueniunt. Hæc Cōgregatio mense Decemb. anno 1609. instituta est cum eodem anno propter rei familiaris angustias, quibus Collegium Neapolitanum præmebatur, Nouitijs Massam ad tempus aliquod concedentibus ijs ex nostris, qui Theologiæ dant operam, ad eam Domum commigrarent; & ex eo loco in illud suburbium, atque in alias Ciuitatis proximæ regiones, Dominicis, Festisq; diebus tū in plateis, tum in Templis doctrinam Christianam tradendo, homines ad peccatorum penitentiam inuitando, quod Nouitij non ita præstare poterant, de more excurrerent. Quæ in se quantum Dei ope profecerint, testatur magna hominum multitudo vtriusque sexus hoc tempore ad Templum illud Sacramentorum penitentia, & sanctissima Eucharistiæ suscipiendorum causa aduentum: proximo enim festo Pentecostes octingenti circiter fuerunt, testatur & vitæ, ac morum in illis regionibus non sine magna omnium admiratione in melius facta mutatio. In Congregatione verò Nautarum sodales numerantur ducenti, qui in pietate adeo proficiunt, vt multos jam annos in sancta viuendi ratione se exercuisse videantur.

Atque hæc de sodalitijs, quæ in domicilijs Societatis Iesu Neapoli sunt instituta. Ex quibus quibus coniecturam facere poterit de Congregationibus, quæ in vnuerfa Socie-

tate non tantum in Europa, sed in Orientis, & Occidentis solis Indis plurimæ, & frequentissimæ habentur.

EPILOGUS TOTIUS
OPERIS.

Totius o-
peris con-
clusio.

His igitur de sanctissimæ Virginis Dei-
paræ laudibus sub diuini Throni ty-
po adumbrata; atque de pietate, qua eam vene-
nerari debemus, vicumque pertractatis, vela
contrahentes vniuersæ huic disputationi fi-
nem imponamus. Et si enim (vt testè Bernar-
das ait) non est, quod magis nos deleat: sed
nec est, quod terreat magis quam de gloria
Virginis Mariæ habere sermonem. Quod si
quid boni ipsa Magistra in hoc opere de eius
laudibus dictum est, in eam (vt par est) refe-
ratur: si quid verò nostra imperitia, ac rudi-
tate minus dignum eius maiestate locuti su-
mus, veniam ab ipsa precamur. Interea illud
suppliciter atque obnixè te Virgo sanctissima
rogamus, & oblectamus, vt hoc qualemcun-
que nostrum munusculum, & dignitati, ac
pro meritis tuis longè impar obsequium pro-
tua benignitate suscipere non dedigneris. &
quæ Thronus es Dei, multis ei nominibus
proxima atque auctoritate, & gratia apud
eum polles maxima, quæ Matris & Aduoca-
tæ nostræ nomen, ac munus sustinere non
dedignaris, erga me, cæteroque omnes famu-
los tuos monstres te esse Matrem. Fac ò pijs-
sima Mater, vt te ipsa tantæ tuæ dignationis
effectum in nobis experiamur. Quamuis enim
non me lateat Virgo sanctissima egregiè in
nos obire te munera Matris, & vnicuique no-
strum merito te dicere posse. Monstra te esse
filium: nec enim me fugit (quid enim me fugi-
at cum in me ipse quondam experiat) nos per
augustissimæ Matris beneficentia, & amplitu-
dine charitatis, pro nostrarum vitium imbeci-
litate filiorum partes minime sustinere, &
propter nostra demerita indignos plaudesse,
qui filij tui nominemur, ac sumus. Vellem
namque Mater benignissima, vt tantum in
nostris meius esset ponderis, quantum est in

Bernard.
serm. 4. de
Assumpti.

Precatio
ad Virgi-
nem.

Apo. 4.

Monstra
te esse ma-
tram.

tua charitate momenti: memineris tamen
Mater sanctissima, quando æqua in lance non
solum dictum tibi prius fuisse: *Ecce filius tuus,* Leu. 17.
quam *Ioanni,* *Ecce mater tua.* Quæ circa tu B. Virg.
prius aberrantes nos, & à recto virtutis tramite 1. Tim. 3.
per abrupta vitiorum longissimè digressos 1. Tim. 4.
querere, inuenire, & ad diuinorum mandato- 1. Tim. 5.
rum viam caritatis tuæ nutu efficaciter reuo-
care digneris: vt ea saltem ratione nos tibi fili-
os exhibeamus. Compateri Domina, figmen-
to nostro, quod luteum, quod leue est, quod ad
mala procliuè. Conniue tantisper in erratis
nostris, purga nos apud eum, quem ob nostra
demerita meritò timemus, filium tuum Do-
minum nostrum. Tu enim es ipse vnica pec-
catorum: per te speramus delictorum veniam, Aug. 1.
& in te beatissima nostrum est expectatio præ- serm. 10.
miorum. Nos verò omnes (vt verbis vtar ab Santo.
Apostolo mutatis, quæ & nostræ huic de Aug. 1.
Throno Dei disputationi congruunt) Adeam Ad B. M.
cum fiducia ad hunc Thronum gratiæ Dei genium e.
param scilicet, vt misericordiam coniequa- curru.
mur, & gratiam inueniamus in auxilio op- Hab. 4.
portuno. Ipsa enim ex Isaia, est *solum illud in* Isa. 40.
miseri cordia præparatum Agno dominatoris Terræ,
& sedes super illud in veritate in Tabernaculo
Dauid, iudicans & querens iudicium, & veloci-
ter rediens, quod iustum est. ita apud Isaiam
Qui ergo miserij premimur, ærumis virge-
mur, calamitatum fluctibus vniq; iactamur,
ad Matrem misericordiæ, quæ solum est in
miseri cordia præparatum, in quo residet Deus
pater misericordiarum, & Deus totius conso-
lationis accurramus; Deiparæ Virginis diuina
opulante gratia seruos, ac filios obsequen-
tes, minimeque degeneres ipsi exhibeamus illi
nos nostraque liberalissimæ offerentes, eius
efficacissimum, ac simul præsentissimum apud
Deum patrociniū imploremus, vt eius bene-
ficio misericordiam tandem consecuti in Cœ-
lesti Patria Christum Iesum eius filium lauda-
re, & benedicere & glorificare mereamur:
cui sit cum Patre & S. Spiritu omnis
laus, honor, gloria in sæcula
sæculorum A-
men.

FINIS.

AXIS